

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


De victore Idumaeorum Es. 63, 1 - 6

**Abicht, Johann Georg
Pfaffreuter, Christoph Heinrich**

Leipzig, 1712

VD18 14793431-ddd

[urn:nbn:de:bsz:31-130619](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130619)



60 A 2691,1

EX
BIBLIOTHECA
ILLUSTRIS
CAROLI HESYCHEI.

1697

17

XV.
DISPUTATIO

DE

VICTORE
IDUMÆORUM,

Ef. LXIII, 1-6.

QVAM
PRÆSIDE

D. IO. GEORG. ABICHT,
S. L. PROF. PUBL. ORD.

IN AUDITORIO THEOLOGICO

d. XVI. Aug. Anno MDCCXII.

H. C.

PUBLICÆ VENTILATIONI

EXPONIT

A. & R.

CHRISTOPH. HENR. PFAFFREUTER,

Ratisbon. Philosoph. & B. A. Baccal.

LIPSIAE,

Litteris SCHEDIANIS.

1712

DISPUTATIO

DE

VICTORIE
IDUMBORUM

EL. LXIII. 1. d.

CVAN

PRÆSIDE

D. IO. GEORG. ABICHT,

S. L. PRÆS. PUBL. ORD.

IN AUDITORIO THEOLOGICO

ANNO MDCCXXV

PUBLICÆ VENTILATIONI

EXPOSIT

CHRISTOPH. HENR. PRÆFECTOR

RECTORIS THEOLOGICI S. L. A. BACCAL.

LIPSIÆ

FRANC. SCHNEIDER

SACRI ROMANI IMPERII
ILLUSTRIS REIPUBLICÆ ET CIVITATIS
LIBERÆ RATISBONENSIS

VIRIS

MAGNIFICIS AC MAXIME STRENUIS,
PRÆNOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, AT-
QUE PRUDENTISSIMIS,

DOMINIS

CONSULI,

CONSULARIBUS,

Cæterisque

SENATORIBUS,

DOMINIS AC PATRONIS MEIS
SEMPITERNA PIETATE SUSPI-
CIENDIS.

MOORETES OPTIMI MAXIMI

PERquam jucunda VESTRI erga me, OPTIMI PATRIÆ PATRES Amoris & Benevolentiae recordatio est; attamen illud mihi gratissimum videtur, cum debitæ meæ indefessum observantiæ studium palam facere, meamque VOBIS mentem obstrictissimam testificari queam. Quare etiam, quos immaturores labor Academicus protulerit fructus, VESTRIS tum politicissimis expositos judiciis, quum splendidissimis Nominibus consecratos esse volui, Tantum autem abest, ut, quod exiguum animi submissi munus offero, tantis ab insigni Benignitate Vestra beneficiis jam jam acceptis, non impar fore mihi persvadeam, ut potius eorum memoriæ, nulla unquam vicissitudine temporis delendæ, vix ac ne vix quidem sufficere fatear. Pietatis tamen, quo vos æternum prosequar, cultum me observasse dixerim, si precibus id a supremo Numine impetravero, quod me impetraturum spes est certissima; ut tantam te-ctamque VESTRORUM OMNIUM salutem tueri, Saluberrimis VESTRIS consiliis clementer adesse, aureaque VOBIS fortunæ pacisve tempora largiri velit quam diutissime.

Patria sicque bona semper rate Nostra vehatur,
Musarumque chorus nil nisi laeta canat!
Quæ nomine & omine fausta apprecatur

Vester

MOECENATES OPTIMI MAXIMI

devotissimus cliens
C. H. Pfaffentor.



תל"ג
JES. LXIII, 1--6.
VERSIO.



Vis est iste veniens ex Idu-
maa, vestibus conspersis in-
dutus a Bozra, ille veneran-
dus in vestitu suo, incedens
magna virtute? Ego, qui ex-
erceo justitiam, & suffici-
ens sum ad salvandum. Quare rubrum est
indumentum tuum, & vestimenta tua, sicut
ejus, qui calcavit torcular? Lacum ex calca-
vi solus, & ex populis nullus fuit socius mecum.
Nam ipse calcare volui eos in ira mea & con-
culcare in aestu meo, inde profluxit sanguis
eorum super vestimenta mea, ut omnia indu-
mentamenta mea inquina verim. Tempus enimulti-
onis decrevi, & annus, quo meos redimam, in-
stat. Videbam enim, quod nemo auxilium fer-
ret (oppresis meis,) admiratus sum, quod nul-
lus adesset protector. Quare victoriam mihi
paravit brachium meum, & aestus meus prote-
xit me.

A 3

S. I.

§. I.

PRima vocula **מִי זֶה** *quis? qualis?* interrogat qualis Vir ille sit, ex Idumæa rediens Victor? **מִי** enim tam de persona, quam de qualitate quærit. Exod. III, II. Moses de se ipso dicit: **מִי אֲנִי** *qualis ego sum*, h. e. quas virtutes & excellentiam possideo, ut ad Pharaonem vadam? sic Jer. XLIX, 19. **וְיָדַע רַעְיָהוּ** *quis vel qualis est ille pastor, qui stet coram me?* Assaph hac particula eodem sensu utitur Ps. LXXIII, 25. **מִי לִי בְשָׁמַיִם** *qualis es mihi in cælis?* i. e. quam bonus es mihi Deus in cælis, qui me tenes manu dextra, qui me consilio tuo ducis, qui me gloriose recipis, *profec̄to cum apud te sum*, h. e. si mente mea in cælis te contemplor, *terra me non delectat*. Continuantur sic Assaphi cogitationes in secunda persona, Deum enim sibi præsentem & gratiosum alloquitur. Interdum **מִי יִקְוֶה** *quomodo stet vel surgat Jacob, cum parvulus sit*, qui certum figere pedem haud quaquam possit, Amos VII, 5. Hac itaque interrogandi particula utitur, ut in visione cognoscat qualem victorem ex Idumæa redeuntem videat. Prophetam autem loqui infra fusius ostendetur.

§. II.

מִדְּעֶדְוִים *Ex Edom* Græcis Idumæa appellata, Non opus est, ut cum Eugesippo, Brochardo, Adrichomio aliisque Idumæam nostram in septentrionalibus Judææ partibus quæramus, quam evidentius in Australibus collocarunt alii, Israelitarum itinere per solitudines inducti. Nec Jobi patria Uz, quam alii ab Uzo Arami primogenito, Damalci conditore denominatam esse existimant, nobis obstat. Spanhemius enim in Histor. Jobi Cap. III. IV. & VII. accuratius ostendit, eam in Arabia collocandam prope Mesopotamiam, atque ex Uzo Nachoris non illo Arami appellatam esse. Nec cum Bonfr. geminam fuisse Idumæam censemus, quam sententiam discussit Cellarius Geograph. antiq. L. III. c. 4. p. 680. seq.

seq. Quoniam Edomitæ infensissimi Judæorum hostes fuerunt, multasque calamitates iisdem intulere, factum est, ut Prophetæ ipsis sæpius calamitates iusta Dei ira immittendas prædixerint, ut infra monstrabimus. Idumææ terræ annectitur etiam urbs celebris *Bozra*: Dicit enim Prophetæ, *quis est iste qui venit de Edom rubras vestes habens a Bozra*. Quidam a *בציר* vindemia, eam appellatam esse existimant. Sed quia urbs est, malimus eam derivare ex Deut. I, 28. & III, 5. *ערים בצורות* urbibus munitis, quia mœnibus munita fuit. Inde etiam *בצרון* munitio, arx alta LXX. *ὄχυρωμα*, Zach. IX, 12. Hæc uti aliis visum, Idumææ civitas est, quod Idumææ annexa sit. In Idumæa quoque eandem ponit Amos Themani vicinam Cap. I, 12. *mittam ignem in Themam, qui comedet palatia Bozra*. Quod si vero Themam in Idumæa sita est, uti ex Jeremiæ XLIX, 7. & Ezechielis XXV, 12. 13. cognoscimus, merito Bozram in eadem collocamus, quia Amos illam cum Themam conjungit. Hieron. ad Amos. I, 11, dicit: *devorabit aedes Bozra non ut quidam putant alteram civitatem, sed Idumæam ὄχυρωμα ἵκων munitam significat, juxta illud quod in Esaiâ legimus: Quis est iste, qui venit ex Edom tinctis vestibus de Bosra?* Reperitur alia urbs trans Jordanem in campestribus Moab, Hebræis *בצר* Bezer, sed vulgato Bofor appellata, quæ cum nostra Bozra non confundenda est.

§. III.

המץ בגדים Tinctus quoad vestimenta *חמץ* est fermentare, inde Coccejus in Lex. reddit fermentatus quoad vestes. Sed necesse erit, ut sensum clariorem reddamus ex more antiquis fullonibus usitato, quem describit R. Nathan in Aruch, Rad. *בקע* Docuerunt Rabbini nostri, quod fossa *בקיע* tribus palmis debeat abesse a pariete, in quam intingunt vestimenta *ומחמצין* eaque fermentant in ea aqua, & quibusdam speciebus nitri, eum in sinem ut lavent. Ex quo loco intelligimus vocabulum *חמץ* fullonibus esse usitatum, quando

do vestimenta in aquam nitrumque intinxere, ut fermentarent, quo impuritates eo facillius abluí potuerint; quæ significatio nobis ad explicandum *Esaiz* vocem aptissima videtur. Dicit Propheta Victoris vestimenta quasi in fullonum fossam esse intincta variaque labe maculisque conspurcata. Eo ipso describit Victoris vestimenta cruento occisorum hostium sanguine commaculata. *Aben Esra* explicat *אֵין הַתְּנַמָּה* quomodo conspersus est. LXX. Interpr. sensum magis quam verba respicientes *ἡ ὀσμὴ τῶν ἰουδαίων rubor vestium*; *Vulgatus* autem *tinctis vestibus*, qui lavandi modum respicere videtur. *Chaldæus* sensum non voces expressit & *צַמְחָה* de oppressione intellexit, quem sensum alias quidem habet, sed huic loco difficulter applicari potest.

§. IV.

Sequitur *הַדָּר כְּבוֹשׁוֹ* decorus in vestitu suo *הַדָּר* est *revere* *Lev. XIX, 15.* *Non accipies faciem tenuis & non הַדָּר* *revereberis faciem magni*, sic *v. 32. Exod. XXIII, 3. Thren. V, 12.* Inde decus atque majestas *Prov. XXXI, 25.* in laude mulieris sapientis *לבושה עֵז וְהָרַר עֵזוֹ robur & decus, vel majestas est vestimentum ejus.* *Sic* ist ansehnlich in *ibret R. v. dung, Psal. CXLV, 5.* de Deo *הַדָּר* *Decus vel reverentiam gloriosa Majestatis tue loquar*; inde *הַדָּר* *reverentia dignus, venerabilis in vestimento suo* LXX. Interpr. *ἡγαῖος ἐν στολῇ αὐτῆς formosus in stola sua*, quos sequitur *Vulgatus.*

§. V.

Tandem in interrogatione Prophetae describitur Victor noster, quod sit *כְּחוֹב כְּבוֹדוֹ* *צַעַה* *Incedens multa virtute* *Vox צַעַה* juxta *Coccejum* est *magnis passibus ambulare*, sic *Jel. LI, 14.* *צַעַה* *festinavit gradens, ut solvatur*, *Jer. XLVIII, 12.* *& mittam ei צַעַה וְצַעַה* *velociter ambulantes, qui eum ambulare facient.* Recte itaque LXX. Interpr. in nostro loco vertant *κατασπόμενος βίαια μετὰ ἰσχύος fortiter incedens.* *Aben Esra* in *Comment.* ad h. l. allegat *R. Mosen Haccohan*, qui *MS. At in meo ἀπτεται κατασπόμενος ὁ λογίζ.* no-

nostrum צעה *progređiens* cum Jeremia loco antea jam citato convenire, nomenq; adjectivum non autem verbum transitivum esse arbitratur, quæ nobis etiam arridet sententia. Verum itaque sensum illum dicimus: quod nempe quem Jesaias conspexit, Victor magni fortissimique Ducis imaginem gressu suo representaverit, cui prudentia, virtus, animique magnitudo comes erat, sic Deum ad Gideonem dixisse legimus, vade בכוחך *in fortitudine tua*, Jud. VI, 14.

§. VI.

Propheta interrogationem sequitur responsio, eadem a Victore, quem in visione viderat, reddita אני מדבר בצדקה *Ego loquens in justitia*. quibus verbis non iste solum, qui justitiam proficitur, & veritatem, describitur, sed potius qui jus exercet, piis videlicet auxiliium ferendo, improbis poenas infligendo; quod ex simili dicendi formula colligere est, Ps. II, 5. David Gentibus iratum Deum באפו רבר alloquuturum, inquit, illos *in furore suo, & ira sua eosdem territurum esse*, h. e. super populos furorem suum effundet Deus, & terrorem ipsis iratus incutiet. Item Ezech. XXXVI, 5. אמרתי באש קנאתי וברתי *Certe in igne zeli mei loquutus sum contra resduas gentium & contra Edom universam, quæ posuerunt terram meam sibi in hereditatem cum letitia totius cordis.* & v. 6. הנני בקנאתי ובחמתי רברתי *Ecce in zelo meo & ira mea loquutus sum.* In utroque loco indicat Propheta Deum iram suam variasque calamitates in Gentes & Edom esse profusurum. Ex his itaque aliisque verbis Deum cum Propheta loquutum fuisse cognoscimus, Dei autem loqui est operari & efficere. Parum a nostra explicatione recedit Kimchi ad h. l. מה אני שרברתי בצדקתי לישראל עשיתי כי אני רוב להשיע *quod ego loquutus sum in justitia super Israel*

B elem

elem, hoc feci, quia magnus sum ad salvandum. Nimis prese-
se vocem מרבר loquens accipit, quæ usu scripturæ fre-
quenter effectum & operationem connotat, quod se-
quentia verba רב להשיע רב magnus ad salvandum indicant;
quæ nimis angusta videntur, ut homini tribui possint,
quin potius eadem soli Deo competere existimamus,
qui alias Jes. XLIII, 3. Sanctus Israelis משיעך Salvator tu-
us, & cap. LX, 16. Dominus Deus Salvator tuus appellatur. Re-
spondergo Victor in visione Prophetæ apparens, se eum
esse, qui justus sit, iustitiamque omnibus administret,
eaque gaudeat potentia fideles suos ex omnium cala-
mitatum diversitate eripiendi, contra gravissimos ho-
stium insultus defendendi, hostesque ipsos opprimen-
di, ne quid adversi amplius fidelibus timendum sit.

§. VII.

Audito hoc Victoris responso propheta in inter-
rogando perguit: מרוע אדום לרבושיך cur rubedo est su-
per vestimentis tuis, h. e. cur sanguine conspersa sunt ve-
stimenta tua? אדום proprie denotat rubicundum,
sed teste Mario de Calasio in Concord. hoc concretum
etiam pro abstracto ponitur, ut verti possit: quare rubedo
est super vestimentis tuis, vel quod unum idemque: cur ru-
bicunda sunt vestimenta tua. לרבושיך vertimus super vesti-
mentis tuis, quia ל prefixum derivatur ex על super, quæ
derivatio textui est maxime conveniens. Nec audi-
mus Kimchium, qui ל h. l. redundare putat uti 1. Paral.
III, 1. לשלום אבשלום tertius (filius) est Absolon, ubi ל
superfluum nec in parallelo 2. Sam. III, 3. legitur, &
quæ similia. Verum enim vero non opus est, ut, cum
ordinaria satisfaciant, ad extraordinaria confugiamus.
Præterea Propheta hac phrasi alludit ad Idumæam ju-
cunda Paranomasia, quæ versione nulla exprimitur.
Cum enim dixisset, quis est ille, qui venit ex Edom? perguit,

cur

cur Adom rubra sint vestimenta tua. Idem Schema in sequentibus verbis repetitur, dicendo: ובגדי כרוך בגת *Et vestimenta tua sicut calcantis in torculari.* Grotius existimat voce בגת *begath in torculari*, etiam respici ad urbem Philistinorum Gath, quia Iudas Maccabæus primum cum Philistinis, & deinde cum Idumæis pugnavit, sed hæc allusio nititur falsa hypothesi, quam infra discutiemus. Nostrarum vocum significatus metaphoricus est, proprius reperitur Neh. XIII, 15. isto tempore vidi in Juda גתות בשבת רורכים *calcantes turcularia in Sabbatho.* Impropius de Judæis ab irato Deo prostratis legitur Lament. I, 15. Conqueritur ibi Judæorum devastatus inque captivitatum abductus populus inquam: *Convocavit Deus super me exercitum ad frangendum juvenes meos electos* גת דרך ארני לבתולה בת יהורה *torcular calcavit Dominus super populum Judæ,* Joel. III, 13. Exinde facile patet hac phrasi magnam gentis alicujus destructionem indicari, quæ vel gladio vel captivitate vel alio quodam calamitatis genere fieri solet. Quemadmodum autem in Jeremiæ Lament. Judæos Deus conculcasse dicitur, licet id non immediate ab ipso Deo, verum a Babyloniis hostibus factum esse constet; ita cum Jesaias suum Victorem Deum loquentem introducit, eumque torcular calcasse dicit, non existimaverim ipsum immediate hostes Idumæos prostravisse, sed per alios id fuisse exequutum.

S. VIII.

Quæstioni novæ denuo respondet Victor noster פורה דרכתי לברי *Torcular calcavi solus.* Continuat allegoria ab interrogante incepta. Quærebat ex eo Propheta: *cur rubrum est vestimentum tuum, Et vestes tue sicut calcantis torcular?* cui respondet Victor: *Torcular calcavi solus.* פורה descendit a פור *frangi, rumpi, inde*

פורה est proprie lacus, in quem ex torculari vinum expres-
 sum effunditur, qui metretæ nomine LXX. Interpr. venit.
 Hanc significationem discimus ex Hag. II, 17. *Vinitor ve-
 nit אל חיקב פורה ad torcular, ut hauriat quinquaginta פורה
 metretas, & erant tantum viginti.* Hieron. ad nostrum
 locum inquit פורה *ambiguum est, mox torcular mox lagun-
 culam significans; apud Hag. idem amphoram transtulit, &
 Targum dolia vini, quæ omnia nos docent פורה fuisse
 vas, quod vinum expressum capit.* Sensus itaque Re-
 sponsionis est: *Ego vinum ex torculari in metretam ef-
 fusum solus excalcavi. לברי Solus reddit Latinus, sed
 ad verbum sonat ad separationem meam, h. e. solus. Non
 autem existimandum, excludi instrumenta mediæque,
 quibus in hoc prælio usus est DEUS, nequiquam; Moses
 enim in Cantico suo Deut. XXXII, 12. dicit: Dominus
 ברוך solus duxit illum (populum Israeliticum ex Ægypti)
 נבר & non erat cum ipso DEUS ואלו עמו אר נבר
 extraneus; cum ipsi non ignotum fuisset, DEUM & sua
 & Aaronis opera in educatione esse usum, uti patet ex
 Pf. LXXVII, 21. nihilominus DEO tanquam causæ prin-
 cipali omnia tribuit: Si stricte verba Hebræa sequamur,
 hoc obtinemus, Deum Israelis non habuisse gentium
 Deos socios in prælio Idumæorum, sed se solum poten-
 tia propria Ecclesiæ suæ hostes debellasse. Altera
 phrasim continuat & amplificat priorem ואלו עמי אר
 & ex populis non est quispiam mecum, quæ ver-
 ba expresse gentiles in hoc bello socios excludunt, li-
 cet iisdem tanquam instrumentis usus sit. Vel si u-
 tramque phrasim unum idemque denotare malis, pa-
 rum a vero sensu aberraveris, qui talis erit: Ego solus
 absque ullo gentilium DEO socio, Idumæos prostravi,
 nec ullum gentilium sociorum robur mihi opus fuit, quia
 ipse magnus, imo maximus sum salvator meorum. Ra-
 schius*

schius ita exponit. רמעימי אין שני אתי מתצב לפני ו ex populis non est quisquam mecum h. e. nemo est, qui se sisteret contra me ad pugnandum; Sed sententia hæc non convenit cum antecedenti, ego solus calcavi. Kimchius interpretatur de Israelitis, quod illis nullum fuerit meritum, si enim digni fuissent, adjuvassent Deum in illo prælio. Sed rectius victori nostra viribus gentilium feciis in subigendis hostibus suis non opus fuisse, contendimus, licet iisdem tanquam instrumentis usus sit? DEUS enim hominibus ceu instrumentis suis, non vero ceu sociis suis in destruendis hostibus utitur. Sic templum secundum reedificatum est, non robore, sed Spiritu suo, Zach. IV, 6. licet per Cyrum & Zorobabelem ceu instrumenta sua hoc effectum sit.

§. IX.

Si LXX. senes ad hæc verba consulamus, dubium est, quæ Hebræa legerint, vertunt enim πλήρης καταπατημένης pleno conculcato, sed, ni fallimur, illi codice punctato & distincto destituti, verba priora huius versus antecedentibus addiderunt & hæc hebraica conexo sensu transtulerunt: רבגריך כורך בגת פורה ורכתי ו vestimenta tua sicut calcatoris in torculari metretæ conculcata. His enim Hebraicis græca LXX. respondent: καὶ τὰ ἰνδύματα σὺ ὡς ἀποπατητῆ λη. ἔ. πλήρης καταπατημένης, & vestimenta tua sicut calcatoris torcularis pleni perculcati. Difficultatem affert vox כורך cui respondet ὡς ἀποπατητῆ, quam vocem plerique divisim interpretantur de calcato, sed observavit Flam. Nobil. ad h. l. veterem Interpretem illam conjunctim legisse & calcatoris vertisse. Sic quoque apud Hieron. sicut calcantium torcular. Quid reliqua sibi velint verba, difficilius adhuc explicabitur. Liceat ergo de re tam dubia qualecunque nostrum ferre iudicium. Existimamus LXX. easdem no-

B 3

bis-

no. in meo exfolari & legit
πλήρης, sed πλήρης

biscum Hebræas legisse litteras, verum aliter explicasse. Vox פורה Hag. II, 17. redditur a LXX. per μετρητήν *metretam*, quæ teste Hostio (cujus libellos de re numaria & mensuris egregios Summe Rev. Rechenbergius noster edidit) p. 58. est certa mensura Attica liquoris maxima, græcis scriptoribus usitata, & p. 59. metretis pendit olei quidem libras ponderales 90. vini vero 100. sed mellis 150. Ex quibus intelligimus, metretam magnæ quantitatis mensuram fuisse, & fortassis eam, quam torcular semel expressum vino implet. Et sic non incommode hebræum פורה metretam denotat. Locus Hag. si recte inspicatur, hunc sensum requirere videtur. Inde פורה גת *torcular metreta*, est torcular quod tantum vini expressi in mensuram effundit, quantum metreta capit, quare torcular plenum non incongrue appellabitur. Denique vox רוכתי cum LXX. ita conciliatur, si dicas eos non legisse רוכתי *conculcavi*, sed ad formam נכתי Gen. XXI, 39. *furto ablatum* in participio Paul quasi רוכתי *conculcatum* quod quam optime græco καταπατημένος respondet, quia Joel II, 24. αἱ ληνοὶ legitur. Ex qua observatione hoc nobis sumimus, LXX. easdem nobiscum litteras, non autem vocales legisse, male tantum distinctas. Nec obstat quod vox רכרי *solus* ab iisdem sit omisa, quoniam plura sæpissime in illorum versione prætermitti videas. Alii Codices Græci legunt voces hebræis accurate respondentes, nam post καταπατημένος habent ληνὸν ἐπάτησα μονάτης, sicut Flam. Nobil. observat, ea apud Procopium pro alia interpretatione in margine esse posita. His probe observatis quæritur, quæ interpretatio scopo Prophætæ magis respondeat, utrum illa LXX, quæ puncta negligit, an vero hodierna secundum vocales & accentuum distinctiones instituta. Seposita punctorum auctoritate,

tate, diffiteri non possumus, hodierna puncta multo meliorem & conuenientiorem sensum suppeditare quam illa LXX. Illa est: *Cur rubrae sunt vestes tuae & vestimenta tua tanquam calcatoris in torculari. Torcular calcavi solus, & nemo ex populis mecum fuit.* Hæc vero LXX. ita sonat: *Quare rubrae sunt vestimenta tua, & vestes tue tanquam calcatoris in torculari pleno conculcato? Et ex populis non est quispiam mecum.* Quam hiulca sit hæc responsio, quis non percipit?

§. X.

Calcavi eos in ira mea. **רַרְרִי** proprie significat pedibus incedere. Sic Deut. I, 36. terram, in qua **רַרְרִי** calcavit h. e. ambulavit, inde **רַרְרִי** via. Adhibetur etiam de torculari, Thren. I, 15. **רַרְרִי** torcular calcavit Dominus, uti supra observatum. Eodem sensu a nostro Propheta usurpatur subintellecta voce **רַרְרִי** quæ in antecedenti versu adfuit. Per suffixum pronomen intellexit Idumæos antea nominatos Ecclesiæ veræ hostes. Addita vox **בְּאַפִּי** in ira mea, modum significat, furorem nempe & iram, qua conculcabit Idumæos. Præterea tenendum, quod **אֶרְרַם** in futuro positum actum significet futurum, qui cum antecedenti **רַרְרִי** conculcavi non convenit. Verba enim hebræa latine hoc modo fluunt: *Torcular calcavi solus & ex populis non fuit quispiam mecum, & conculcabo eos in ira mea,* latinis auribus melius sonat & conculcavi, uti plerique cum LXX. vertunt. Enimvero hæcenus est observatum, ejusmodi Futura per Infinitivum exprimenda esse cum verbis velle, debere, solere, posse &c. quam ob causam hoc modo verba non male possis exprimere. *Torcular calcavi solus & ex populis non fuit quispiam mecum, nam calcare volui eos in ira mea, & conculcare in astu meo, hinc omnem vestem meam inquinavi.* Si cum Clarissimo Bruino veritas per Participium

cipium Futuri, sensus idem erit: *Torcular calcavi solus,*
& ex populis non erat quispiam mecum calcaturus eos in ira
mea & conculcaturus eos in calore meo. Sumpta est, uti pa-
 tet, Allegoria a Vinitoribus, qui botros in torcularium
 abjectos, pedibus calcare atque imminuere assolent, ut
 omne mustum exprimatur, ita Deus hostes Ecclesie sue
 Idumæos calcaturum & comminaturum sibi proposuit,
 ut instar vini sanguis eorum in terram profluat. Huc
 quoque spectant sequentia verba *וּרְמַסְסָּ בַחֲמָתִי &*
conculcabo eos in calore meo, vel juxta priorem annotatio-
 nem, *calcare volui illos in calore meo.* Vulgatus una cum
 LXX. reddit *conculcavi,* רַמַּסְסָּ hebræis est *reptare in terra,*
 hinc רַמַּסְסָּ reptile. deinde significat calcare aliquid pedi-
 bus. Sic II. Reg. VII, 17. *Ducem, quem Rex porta prefe-*
cerat וּרְמַסְסָּ conculcavit populus in porta, ut moreretur. Pa-
 tri ratione de Isabel, quam Jehu de fenestra præcipita-
 verat, legitur וּרְמַסְסָּ *& quisque conculcavit eam,* 2. Reg.
 IX, 33. Jesaias quoque de vinea, quam Deus omni cu-
 ra coluerat, quæ tamen labruscas ferebat, tandem di-
 cit: *diruam ejus maceriem ut sit רַמַּסְסָּ in conculcationem*
c. V, 5. quæ si nostris verbis applicueris, cognosces, Pro-
 phetam describere devastationem Idumæorum consu-
 matam, in qua cadavera demortuorum pedibus mili-
 tum & equitum conculcantur. Quod etiam vocabulum
בַחֲמָתִי in calore meo confirmat. חֲמָה interiorum calorem
spirituum denotat, derivatur a חָם calere, Deut. XIX, 6.
eum יָחַם calebit cor ejus ubi de vindice sanguinis homi-
 cidam persequente sermo est. Inde בעַר חֲמָה est *ac-*
census ira, in hostes, Nah. I, 2. quandoque אַף ira additur
 Jes. XLII, 25. ubi de DEO Israelitis irato dicitur: *effu-*
dit super eos חֲמָה אַפּוֹ calorem iræ suæ. Propheta ergo
 hoc vult, Victorem Idumæorum incaluisse, & ad iram
 esse concitatum, cum eosdem pedibus conculcaret.

LXX. has duplices phrasas, quibus ira Victoris describitur ita reddunt: καὶ καταπάτησα αὐτοὺς ἐν θυμῷ μου, καὶ κατέθλασα αὐτοὺς ὡς ἄνθρακα. Conculcavi eos in ira mea & confregi eos sicut terram. Prior phrasis exacte respondet hebræo codici, posterior autem loco בחמתי bachamati refert כדאדמה Keadama sicut terram, nisi sit error librarii. Sufficit Chaldæum h. l. veram lectionem conservasse vertentem: ווארשנן בחמתי & trituro eos in calore meo.

§. XI.

Sequitur in hebræo ויר נצחם על בגדי & sparsit se victoria eorum super vestimenta mea. נצח est guttarum instar defluere, destillare, spargere, LXX. βίβω, περιβίβω, προσβίβω vertunt, Lev. VI, 27. legimus ואשר יזה מרמה על הכנר & quicquid defluxerit super vestimentum, quicquid defluxerit super illud, abluas in loco sancto. Sic h. l. ויר & defluxit guttatim victoria eorum super vestimenta mea. Difficulus explicatur, cur נצחם significet sanguinem eorum, uti LXX. reddunt. נצח proprie significare videtur firmum esse & perpetuum. Psal. XLIX, 10. & vivet ultra לנצח in perpetuum nec videbit foveam. Tbren. III, 18. Et dixi: perit נצחי firmitas mea & spes mea a Domino. Conqueritur Jeremias Judæorum vastatorum & in captivitatem abductorum nomine: firmitatem eorum & vires defecisse. Inde est, quod quidam נצח fortitudinem interpretentur. LXX. loco citato Threnor. reddunt ἀπώλετο τὸ νίκης μου, perit victoria mea, sed eos per victoriam intellexisse firmitatem, & quæ ex ea nascitur, perpetuitatem, ex locorum collatione patet. Hoc sensu quam optime explicabis verba Elihu, Joh. XXXIV, 36. Pater mi! probetur Jobus נצח ער usque ad firmitatem (usque ad interiores vires ejus propter responsiones cum viris nihili h. e. quia respondet uti vir iniquitatem. Et 1. Reg. XV, 29.

XV, 29. *Etiam firmitas Israelis* (h. e. ille per quem firmus est, & conservatur) *non mentietur, neque penititine ducetur.* Ex eadem significatione cognoscimus aliquo modo, quis fuerit מְנַחֵם continuator, cujus toties in Psalmorum titulis fit mentio, 1. Paral. XV, 19--22. tres Musicorum Classes constituuntur, primi cymbalis, secundi Psalteriis, tertii citharis cantabant. De tertiis dicitur v. 21. quod cantarint citharis super haschminit (octava) מְנַחֵם ad continuandum, vel finiendum. Si dixeris, tres choros illos musicorum non omnes simul, sed mutatis vicibus cantasse, continuatores מְנַחֵם fuerunt ultimi, qui citharis cantabant, & cantui instrumentali finem imponebant. Hos enim excipiebat Chenanja in Prophetia Princeps, qui propheta-
 tabat v. 22. Ex quo conjicimus, מְנַחֵם fuisse musicos, qui melodiam a prima musicorum classe coeptam, & a secunda repetitam tandem ad finem perduxerint ut adeo illos Continuatores & finientes commode appellaveris. Inde etiam est, quod LXX, hebræum מְנַחֵם finem reddant *εις τὸ τέλος ἐν ὕμνοις, ad finem in hymnis, i. e.* ut fini hymnorum ordinariorum addatur. Sic מְנַחֵם continuationem, perpetuitatem & firmitatem significat. Sed adhuc obscurum est, quid Propheta velit, dicens: *Et fluxit guttatim firmitas vel perpetuitas eorum super vestimenta mea.* Existimo LXX. h. l. optime vertisse per τὸ αἷμα sanguinem, licet reliqua approbare nolimus, ea enim errore librarii ex verbu 6. huc translata esse existimamus. In sanguine & firmitas hominum & vires sunt, quibus conservantur & sustentantur. Nec placet Ludovici Capelli conjectura, qui מְנַחֵם ex Arab. מְנַחֵם sparsit, conspersit, cum ὕμνω, deducto, nullus enim Scripturæ locus prostat, qui eam significationem admittat, ideoque vox illa Arabica non ex hebræa, sed alia lin-

lingua forte originem traxit, difficulter quoque a sparsione sanguis appellatur. Ultima hujus versus verba antecedentium explicationem continent, cum enim Victor dixisset, sanguinem hostium sparsum esse in vestimenta sua, subdit statim, ideo sua vestimenta esse commaculata. וְכָל מְלִבְשֵׁי אֲנִי וְכָל מְלִבְשֵׁי אֲנִי *omnia vestimenta mea commaculavi*. Unica vox אֲנִי controversa est, quod loco אֲנִי sit posita. Sed existimamus cum Davide Kimchio hoc factum esse ob alternationem אֲנִי cum אֲנִי qualis etiam reperitur in אֲנִי *confociavit se* 2. Chron. XX, 35. loco אֲנִי; & אֲנִי *spoliati sunt* Psal. LXXXVI, 6. pro אֲנִי. Hæc verba transfert Vulgatus; *omnia vestimenta mea inquinavi*, quam significationem præter illam redemptionis, radix אֲנִי in quibusdam locis requirit, consentientibus LXX. Thren. IV, 14. Es. LIX, 3. Mal. I, 7. &c. Sed quibus verbis illi nostra verba reddant, ignoratur, quia in eorum versione plane prætermissa. Licet enim apud Hieron. & in Complutensi Codice hæc legantur: πάντα τὰ ἐνδύματα μου ἐμίλανα *omnia vestimenta mea pollui*, ea tamen olim non exstitisse inde apparet, quod apud Procopium Theodotionis & Symachi nomine margini cum asterisco fuerint apposita, teste Flam. Nobilio.

§. XII.

In v. 4. annectit Victor noster causas ob quas hostes Ecclesiæ Idumæos destruere velit. Prima est, quod tempus ultionis instet, secunda quod tempus redemptionis advenerit. Prima his verbis intimatur כִּי יוֹם נִקְמָה *quia dies vindictæ est in corde meo*. Chald. *Eccc, dies vindictæ est coram me*. LXX. ἡ μέρα γὰρ ἀνταποδοσεως ἐπέληθεν αὐτοῖς. *Dies enim retributionis venit eis*. וְיִי hebraïis non tantum diem sed & tempus significat, quod alibi ostensum multisque locis probatum. וְיִי ultionem

quoque & vindictam significare notum est. כַּלֵּב
in corde esse est mente intendere & discernere aliquid,
 cogitare de aliqua re. Sensus ergo est, quod Deus cogitaverit & decreverit hostes ulcisci, qui fidelibus adversati sunt. Secunda ratio est וְשָׁנַת גְּאוּרֵי בָּאָרֶץ & *annus redemptorum meorum veniens est*. Chald. vertunt: & *annus redemptiouis populi mei venit*. Non dissentiant LXX. Utrum Latinorum annus a שָׁנַת inverse lecto derivetur, ut Menschew apud Leigh, putat, non adeo alienum est, plura enim ejusmodi dantur, כֶּשֶׁף *fascino*. Denotat autem annus in Prophetis tempus non determinatum uti כָּלֵב dies. גְּאוּרֵי *redempti mei* a גָּאֵר *redemit*, qua voce respicit Propheta ad anteced. cap. v. 11. & 12. ubi de eadem redemptione dicitur. *Ecce, Dominus notum faciet extremis terra. Dicite filie Sion: ecce salus tua venit, ecce merces ejus cum eo, & opus ejus coram illo.* v. 12. *Vocabuntque eos populum Sanctum, redemptos a Domino*. Sensus itaque hujus versiculi est Deum esse destructurum hostes Idumæos, quia tempus ultionis in mente Domini est, & quia suos vult temporaliter & spiritualiter redimere. Ex quo cognoscimus, quod capita LXII. & LXIII. In mente Prophetæ sint connexa, quia in hoc ad eandem redemptionem respicit, cujus in illo mentionem fecerat, quod contra Grotium, qui eadem divellit notandum.

§. XIII.

In v. 5. tertia allegatur ratio, quæ Victorem ad pugnam commovit, quod nempe inter Israelitas nemo fuerit, qui salutem resistere potuit: hoc enim indicant verba, וְאֵינִי רֹאֵת עֹזֶךָ & *videbam, quod nullus adesset auxiliator*, h. e. circumspiciebam, utrum inter Israelitas quis esset, qui hostes prosterneret, & oppressis Israelitis auxilia ferret, sed neminem inveni. Hanc esse

esse Prophetæ mentem ex similibus si non iisdem intelligimus verbis, quæ Cap. LIX, 16, occurrunt; sermo ibi est de Israelitis improbis, quos inter nullus fuit, qui corrupto statui medelam præberet. *Et videbat Deus* כִּי *quod non esset vir, qui opem afferret* וַיִּשְׁתַּיֵּם *& obstupecebat.* כִּי *quod nullus adesset, qui occurreret ad auxiliandum.* Itaque salutem ipsi fecit brachium ejus & justitia ejus ipsa protexit eum. Ex quo intelligimus, quod וְאִין סוֹמֵךְ nullus valeat כִּי *quod, hoc sensu: obstupui* וַיִּשְׁתַּיֵּם *quod nullus esset protector.* Cum itaque inter Israelitas nullus esset, qui auxilia ferret, propria virtute salutem ipse restituit Victor, qui Ducis bellici more pergit: וְרוּשְׁעִי זָרְעִי וְהַמְתִּי הֵיאָה סִמְכַתִּנִּי *& salutem attulit mihi brachium meum & calor meus ille protexit me.* Sensus est, quod brachio suo h. e. virtute propria tantum valuerit, ut hostes suos subigere victoriamque solus reportare potuerit. וְרוּשְׁעִי *& salutem attulit mihi* h. e. victoriam mihi paravit potentia mea. Salus enim quæcunque bona tam temporalia, victoriam, pacem, tranquillitatem, quam spiritualia, redemptionem, peccatorum remissionem &c. denotat. וְרוּחִי *& calor meus* h. e. ira mea in hostes & fortitudo mea סִמְכַתִּנִּי *protexit me.* סִמַּךְ proprie denotat ponere se vel aliquid super aliquem, tegere aliquem, Ex. XXIX, 10. וְסִמַּךְ *& posuit Abaron & filii ejus manus suas super caput juveni,* Lev. XXIV, 14. *Educ blasphemum super castra & סִמְכוּ ponant omnes qui audierunt manus suas super caput ejus, & lapidet eum univversus coetus.* Deut. XXXIV, 9. *Nam סִמַּךְ posuerat Moses manum suam super Abaronem,* Pf. III, 6. *Evigilavi quoniam Dominus יְסַמְכֵנִי ponit, (scil. manum suam) super me.* Pf. LI, 14. *& spiritus voluntarius תְּסַמְכֵנִי ponat se super me, i. e. protegat me.* Pf. LXXI, 6. *super te נִסְמַכְתִּי postius sum ab utero.* Sic quoque in nostro loco: admiratus sum וַאֲיִן סוֹמֵךְ *quod non esset regens seu protector Israelis, & paulo post, & astus meus סִמְכַתִּנִּי posuit se super me, protexit me, ne hostes me su-*

perarent; more enim humano loquitur. Vulg: non erat qui adjuvaret LXX. *εγὼ ἰδοὺς αὐτὸν λαμβάνω, & nullus suscepit me vel præbebat auxilium. Uterque sensum, neglectis verbis, expressit.* §. XIV.

In v. 6. continetur Epiphonema a Victore antecedenti Orationi additum **כַּעֲשֵׂי עַמִּים רַבִּים** quæ reddimus juxta observationem supra datam, *nam conculcare soleo populos in ira mea & inebriare in aestu meo, eorumque firmitatem vel vires projicere in terram, נַס proprie est pedibus conculcare. LXX. *καταπατέω, καταπατέω.* Usurpatur de hostibus victis Psal. XLIV, 6. In nomine tuo **נַס** conculcabitur inimicos nostros. El. XV, 25. eodem sensu Victor noster dicit, **נַס** *nam conculcaturus sum in ira mea populos* nempe Idololatricos, & qui se Ecclesie mee opponunt, & inebriare soleo eos *ira mea* **וַיִּשְׂכַּר** proprie est *se inebriare* Gen. IX, 21. Et bibit de vino **וַיִּשְׂכַּר** & inebriatus est Gen. XLIX, 33. Deinde gestum ebrii denotat, qui vino inundatus, vociferatur, titubat, & in terram procumbit. Tales fore Judæos prædicit Jesaias, cum hostes Hierosolymam obsiderent & expugnarent. Cap. XXIX, 9. **שָׁכָרוּ** *ebrii sunt, sed non vino, nutant, & non sicera.* Sic quoque Cap. XXVIII, 7. Eodem sensu in nostro loco adhibetur **נַס** inebriabo eos, ut ebriorum instar currant, titubent, in terram decendant, succumbant. Hoc faciet Victor **בְּחַמְתִּי** *in aestu suo*, in calore & fortitudine sua, quia iratus est in eos. **וַיִּרֶד** & descendere faciam firmitatem, h. e. vires vel sanguinem eorum *in terram*, quibus verbis etiam supra LXX. v. 2. usi sunt, nisi eadem verba istuc librarii incuria translata.*

§. XV.

Hactenus vocum explicationem pandimus, sequitur ut sensum accuratius per vestigemus, quem ut consequamur I) de Connexione erimus solliciti. Si Cap. LXI. inspicimus, invenimus Deum v. 8. loqui. *Nam ego Dominus di,*
ligo

ligo iudicium, odio habeo rapinam in holocaustum, dabo opus eorum in veritate. Deinde v. 10. Propheta & quidem nomine Ecclesiæ ob promissa bona exultantis loquitur: *Gandebo in Domino, exultabit anima in Deo meo, quoniam induit me vestimento salutis &c.* usque ad v. 11. Cap. LXII. iterum loquitur Deus. *Propter zionem non tacebo & propter Jerusalem non acquiescam, donec egrediatur ut splendor iustitia ejus, & salus ejus ut lampas ardeat, & quæ sequuntur usque ad v. 12. finemque Cap. In sequ. LXIII. de novo incipit Propheta loqui v. 1. Quis est iste qui venit de Edom, rubras vestes habens de Bozra, iste decorus in veste sua incedens in magna fortitudine sua: cui in eodem versu respondet Deus. ego sum qui loquor in iustitia & magnus sum ad salvandum. v. 2. de novo quærit Propheta, quare rubrum est indumentum tuum! cui Deus iterum respondet v. 3. Torcular calcavi solus usque ad v. 6. Tandem v. 7. nomine Ecclesiæ loquitur Propheta gratiasque agit pro tot promissis benedictionibus inquires: *Miserationes Domini repetam & laudes Domini pro omnibus quæ contulit nobis &c.* usque ad fin. Cap. LXIV. Exinde cognoscimus, quod vaticinium nostrum de Victore Edomi annexum sit antecedentibus capitibus, quod porro colligitur, si sensum horum vaticiniorum spectes. Promiserat Deus Ecclesiæ Judaicæ felicissimum statum tam temporalem quam spiritualem, quod patet ex Cap. LXII. ubi Deus dicit: *propter Zionem non tacebo & propter Jerusalem non quiescam &c.* Non vero sufficit Ecclesiam in tuto esse collocatam, nisi simul hostes ejus opprimantur atque subigantur. Ad complementum itaque prioris promissionis pertinet hostium destructio, quæ in nostro vaticinio prolixius describitur. Nec sententiæ nostræ obstat interrogatio, qua nostrum vaticinium incipit, ea enim connexionem potius postulat, quam ut eandem infringat. Evolvamus modo c. LX, 8. ubi in medio vaticinii inseritur quæstio Prophetæ, *qui sunt isti, qui ut**

nubes advolant & sicut columbæ ad fenestras suas, qua interrogatione non interrumpitur sed continuatur vaticinium, uti lectoribus patet, quod iterum contra Grotium moneatur, qui antecedens vaticinium a nostro divellit,

§. XVI.

II.) De personis colloquentibus notandum est, eas fuisse DEum & Prophetam. & quidem in Trinitate eam personam, quæ se in V-T. ut plurimum Prophetis manifestavit. Prophetam Jesaiam loquutum esse, ex antecedentium & consequentium consideratione satis superque elucescit. Hoc sine ratione non asserimus, DEus enim Prophetæ revelavit in antec. cap. quæ felicitas futura sit Judæis, licet in captivatem dimittantur. Nec dubium est Prophetam in eadem visione conspexisse virum veste sanguine commaculata indutum, & ex Idumæorum regione venientem, quo conspecto quæsit quis iste, qui venit ex Idumæa, conspersis vestibus ex Bozra? prophetias enim connexas esse supra vidimus. Quam visionem deinceps, prout ipsi oblata erat, conscripsit, & populo Judaico proposuit. Et quia Propheta intellexit, promissiones, quas ex Dei ore perceperat, pertinere ad Judæos, ideo Judaicæ Ecclesiæ nomine Deo gratias egit cap. LXIII, 7. *visitationes Domini repetam &c.* In nostro tamen loco, qui peculiarem visionem alicujus Victoris continet, Propheta suo nomine quæsisse videtur, quod Daniel alique Prophetæ frequenter fecere. Iste enim, cui visio oblata est, quæsit ex Victore, quis esset, cui etiam Victor aliquoties respondet. Non apparet itaque ratio, ob quam cum Cornelio a Lapide Sionem & Hierosolimam in interrogantis locum substituamus. Multo minus approbanda Patrum sententia, qui hoc vaticinium pro dialogo Angelorum quærentium & respondentis Christi habuerunt. Audiamus Hier, ad h. l. *Interrogant igitur angeli, rei novitate perterriti; mysterium enim Resurrectionis & Passionis Christi.*

Christi secundum Apostol. Paulum cunctis retro generationibus fuerat ignotum. *Quis est iste, qui de terra cruentus advenit? Nec melior est Athanasii sententia, qui Libr. de salutari Christi adventu putat hæc verba esse Diaboli a Christo victi & pudefaæli. Audiamus eum fol. 550. Ea enim de causa accedebat Diabolus ad Jesum tanquam ad hominem, ceterum non inveniens in eo veteris suæ superfeminationis vestigia, neque in presenti tentatione successum, superabatur cum pudore atque in hæc verba prorupit: quis est iste, qui venit ex Edom? h. e. terra hominum incedens cum tanta potentia & robore? Sed, quos Pontificii cum Patribus flagunt, sensus mystici nec ab ipsis sanioribus Pontificiis approbantur, vid. Richard. Simon. Hist. Crit. V, T. LIII.*

§. XVII.

Christum cum Jesaia colloquutum esse nulli dubitamus, partim quod Ecclesiæ veræ defensio, hostiumque destructio ad officium ejus regium pertineant, partim quod in humana forma Prophetæ nostro apparuerit, partim denique quod Patres Ecclesiæ Deum Patrem hominibus sese per Filium manifestasse profiteantur; Audiamus ex illis Eusebium Præparat. Evangel. L. VII. XII. p. 321. *καὶ δὴ τόνδε τὸν ἐν Θεῷ λόγον διαφύρας ἡ Θεῖα γράφη, πρὸς τῷ πατρὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων σιωπήσας πεπεισμένον εἰσάγει. αὐτὸν δὲ ἐν καὶ ὡς ἀβραάμ κωσῆ τε καὶ τοῖς ἄλλοις Θεοφίλοις προφήταις φησὶ αὐτὸν, καὶ χερσμοῖς τὰ πολλὰ παιδεύσαι τε καὶ θεοπύτοις τὰ μέλλοντα ἰσορροπῶν πνεύματι καὶ Κυρίου ὡφθαλμοῖς τε καὶ εἰς λόγους τῶν Προφητῶν εἰσελθεῖν μνημονεύει.* Jam divinum hocce verbum, a Patre hominum in salutem missum variis omnino modis Scriptura divina representat. Et Abrubamo quidem atque Mose ceterisque Prophetis Deo carissimis non se modo videndum exhibuisse, verum etiam & docuisse multa, & futura prænuuntiasse testatur, quoties Deum ac Dominum aut apparuisse Prophetis, aut cum iis colloquutum esse commemorat. Et in Demonstratione Evangel. in eo totus est

D

phe

phetis apparuisse demonstrat p. 140. ὡς δὲ διὰ τῆς υἱᾶς πατέρα
καὶ τοῖς πατέρας ἐώρασαν κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν Ευαγγελίῳ
πρὸς αὐτῶν, ὁ ἐώρακὼς ἐμὲ, ἐώρακε τὸν πατέρα. ἐν αὐτῷ γὰρ
καὶ δι' αὐτῆς ἢ τῆς πατρὸς ἀπεκαλυπτετο γνῶσις. ἀλλ' ὅτι μὴ
ἀνθρώπων σωτηρίᾳ ἀπεφάνητο διὰ τῆς τῆς υἱᾶς ἀνθρωπείας
μορφῆς ἐώρατο, τοῖς θεοφίλοις τὴν εἰς ἀνθρώπους αὐτῶν ἐσομένην
σωτηρίαν τοῖς πᾶσι παρέσαν ἐξ ἐκείνης προαράβων ζόμενον.
*Quare etiam Patribus per filium visus est Pater, quemadmodum
in Evangeliiis ab ipso dictum habetur. Qui vidit me, vidit Patrem:
in ipso enim et per ipsum patris cognitio prodebat. Sed cum homi-
nibus salutaris appareret, tum per filii humanam formam videba-
tur a Dei amicis, atque inter homines futuram ipsius salutem, omni-
bus presentem, ex illo, quasi arham et pignus exhibebat. Addam
Tertullianum, qui hanc sententiam egregie probavit de Tri-
nitate p. 50. Ecce idem Moses refert alio in loco, quod Abrahā vi-
sus sit Deus. Ad quid autem Moses audit a Deo, quod nemo homi-
num Deum videat et vivat? Si videri non potest Deus quomodo visus
est Deus, aut si visus est, quomodo, videri non potest. Nam et Johan-
nes, Deum nemo, inquit, vidit unquam, et Apostolus Paulus:
quem vidit hominum nemo nec videre potest. Sed non utique scri-
ptura mentitur; Ergo vere visus est Deus. Ex quo intelligi potest;
quod non Pater visus sit, qui nunquam visus est. Sed filius, qui
et descendere solitus est, et videri, quia descenderit, Imago est enim
invisibili Dei, ut mediocritas et fragilitas conditionis humana De-
um Patrem videre aliquando jam tunc assuesceret in imagine Dei,
hoc est in filio Dei; gradatim enim per incrementa fragilitas huma-
na nutrirī debuit per imaginem ad istam gloriam, ut Deum Patrem
videre posset aliquando. Ipsi etiam Iudeorum Doctores tradunt,
Deum se semper per angelum aliquem Prophetis manifestas-
se, sic R. Mose Maimon. More Nebochim p. 11. c. 41. f. m. 518.
וַיֵּרָא כִּי כָרַי מִי שׁוֹכֵר מִן הַנְּכִיאוֹת שֶׁבְּאַחֲתֵהוּ הַנְּבוֹאָה
וְשׁ מִמֶּם מִי שׁוֹחֵם זֶה עַל-הַמְּלֶאךָ וּמִחֲבֹם מִי שׁוֹחֵם
לְשֵׁם יִתְעַלֶּה אֵף עַל-פִּי שְׁתוּבָה עַל-יָד
מְלֶאךָ*

מלאך בליה ספק כמו כתבו רבותינו ד"ר
 ער זה אמרו ויאמר יהודה ליה ער ירו מלאך :

b.e. scito quod inter Prophetas, qui sibi factam esse Prophetiam, dicunt, quidam sint, qui revelat mem tribuant Angelo, quidam vero, eandem tribuant Deo summe laudando, quamvis facta sit per angelum sine ullo dubio. Hoc etiam observarunt Rabbini nostri sel. memor. ad hæc verba Gen. XXV, 23. in Bresch R. & dixit Dominus ad illam, nempe per angelum. Et in Sohar sect. Beschallach fol. 21. col. 3. confitentur Judæi, quod omne mandatum a Deo exiens ad homines per Matronitam transeat, & omnes preces, quæ ab hominibus ad Deum mittuntur, per Matronitam ad DEUM perferantur. Addamus ipsa verba: כר

שלוחותיה דבני מלכה מכו מטרוניתה נפקת
 וכל שישחותיה דבני מתתא למלכא לכו מטרוניתה
 עיל בקדמיתה וסתין למלכא ואשתכח דמטרוניתה
 איהו שליחותה מתתה לעילת ומעילת לתתה.

hoc est: omne mandatum exiens a Rege ex Matronita provenit, & omnes preces egredientes ab hominibus ad Regem ad Matronitam ascendunt prius, & deinde ad Regem. Unde invenitur, quod Matronita sit Nuntius, ab hominibus ad Deum, & a Deo ad homines missus. Si scire cupias, quid per Matronitam intelligant Judæi, accipe ex R. Wolff, Imrot Thorot sub lit. מ.
 מטרוניתה פירושו נבירה ותיה רמז על השכינה
 שהיא שומרת הגן והגות הכסא שנקראת עולם

h. e. Matronita est fortitudo, quæ significat Schechinam, quæ custodit paradisum, & quæ est thronus, qui appellatur mundus creationis. Quod si igitur dicamus, per hunc Matronitam intelligi Christum, verba hæc cum illis nostri Salvatoris Joh. I, 18. convenire videntur: Deum nemo vidit un-

quam: unigenitus ille filius, qui est in sinu Patris, ille nobis exposuit. Conveniunt & illa, quæ Joh. XVI, 7. dixit: ego sum via, veritas, & vita: nemo venit ad Patrem nisi per me. Præterea in nostra imprimis visione Christum Ecclesiæ suæ defenso- rem, in forma humana, quam deinde assumpsit, apparuisse, phrasès requirunt, in eadem occurrentes. De quo enim commodius dici poterit, quod loquatur in iustitia, & quod sit magnus ad salvandum, quam de nostro Salvatore? Nec de homine aliquo nudo capi potest, quod torcular calcaverit solus, nullosque ex populis habuerit socios, cum hostes subigeret; verba quoque v. 4. nudo homini nequaquam competunt; quis enim mortalium dicat se constituisse diem ultionis in corde suo, se scire annum redemptionis Judæorum adventare. Porro nullus Victor mortalis sine DEI contemptu dixerit: me salvavit brachium meum & æstus meus protexit me. Quare non approbamus Grotii sententiam, qui Victorem nostrum Judam Maccabæum fuisse ea potissimum ratione nixus existimat, quod teste Josepho XII. 11. 12. & 1. Mac. I, 5. Idumæam devastaverit, & Bosoram sive Bosorram ceperit atque incenderit, cunctis maribus, qui militaris essent ætatis, interfectis. Ægre enim de Juda Maccabæo, mortali homine ea dicuntur, quæ non nisi DEO competere agnoscimus.

§. XVIII.

Tandem III) Objectum colloquii seu Victoriam Idumæorum indagaturi, magnum Interpretum dissensum offendimus. Antequam autem nostri Vaticinii sensum ponamus, considerandum esse judicamus, Prophetas concionatos esse, & conscripsisse sua Vaticinia, ut populus intelligeret, eosque fuisse ministros V. T. qui suas vel comminationes vel promissiones ad populum imprimis cœtaneum direxerunt. Nec est ut putemus frustra Prophetas Regum nomina apposuisse, quorum tempore vaticinati sunt;

sunt, agnoscamus potius eosdem hoc ipso luculenter indicasse, ad quod tempus suis vaticiniis respexerint. Deinde notandum, Prophetas non solum Judæorum sed & Gentium fata prædixisse maxime vicinarum, quæ populum Dei plerumque persecutæ sunt, adeoque nomina propria locorum & personarum non ubique appellative intelligenda, & relicto sensu historico pro lubitu de aliis locis & personis explicanda esse. Cum Judæis enim disputaturi, qui creberrime Idumæorum aliarumque gentium supplicia de Christianis intelligunt, vix habebunt, quid solide iisdem respondeant, si cum Judæis gentium nomina permutant. Christianæ religionis veritas non opus habet, ut contortis & imbecillis explanationibus superstruatur, quas Judæi aliique Adversarii risu excipiunt. Quæ tamen ea mente non dicimus, quasi omnem sensum mysticum, etiam eum, quem Apostoli nobis declararunt, rejectum velimus, absit, qui enim N. T. scripta cum illis V. T. componunt, non possunt non sensum mysticum admittere, quem nec antiquissimi Judæorum doctores unquam improbarunt. His præmissis arbitramur, Prophetam juxta sensum literalem de Idumæorum destructione agere, prædicturum, eos breui post esse destruendos. Idumæi enim infensissimi semper Judæorum fuere hostes. 2. Par. XXIIIX. legimus Idumæos Achasi tempore invasisse Judæam multosque captivos abduxisse. Deinde cum Deus Judæos in captivitatem Babylonicam dimitteret, illi exultabant, omniaque mala iis imprecabantur dicentes: funditus evertite Hierosolymam Pl. cxxxvii, 7. Eadem Ezech. de Idumæis dicit cap. xxv, 12. 13. Sic dixit Dominus: quia Edomitæ male egerunt contra Judæos, cum ego ultiscerer domum Judææ, & gravissime deliquerunt, & ulti sunt sese de iis, ideo dicit Dominus, extendam manum meam super Edom & succidam ex iis homines & jumenta. Cum itaque malum semper contra Judæos animum gererent Idumæi, perpetuum-

que metum iisdem incuterent, ideo Deus Judæis promisit, se eosdem destructurum, ne ex captivitate ad futuram felicitatem aspirantes, eorum insidias amplius metuerent,

§. XIX.

Hunc esse nostri Vaticinii sensum literalem suadent reliqua Prophetarum de Edomitibus edicta vaticinia. Ipse Iesus noster cap. xxxiv, 5. 6. gravissimis & hyperbolicis verbis de Idumæis vaticinatur, Deum eosdem esse destructurum; *Sacrificium*, inquit, *Domino est in Bozra & mactatio magna in terra Edom*. Jeremias cap. xxv, 21. præter reliquas gentes, etiam Idumæis calicem iræ propinavit; pari modo cap. xxvi, 11. vincula & vestes non solum Moabitibus, Ammonitis, Tyriis & Sidoniis, sed & Edomitibus per nuntios mittit dicens: *Deum omnes has terras dedisse in manum Nebucadnezaris Regis Babylonii*. Idem vaticinium repetitur cap. xlix, 7. super Edom, *annon est ultra sapientia in Theman? peritne consilium a filiis, corrupta est sapientia eorum? Fugerunt, respicientes facti sunt, profunda qua siverunt, ut habitarent inhabitatores Dedan, quia calamitatem Esau adduxi super eum, tempore quo visitavi eos*. Similia vaticinia de Edom legas Thren. iv, 21. Ezech. xxv, 12. XXXV, 5. 15. xxxii, 29. Amos. i, 11. Obad. v. 1. Joel. iii, 19. Mal. i, 4.

§. XX.

Si phrasas ipsas examinaueris, in quibus tanquam in speculo Prophetæ mentem intueris, eas aperte de Idumæorum cæde loqui cognosces. Huc spectat comparatio Ecclesiæ protectoris cum Heroe, qui victoriam ab hostibus reportans, gravi passu, & vestimentis cætorum sanguine maculatis incedit. Prælium ipsum, quo hostes suos subegit, eleganter scripturæ stylo, uti supra ostensum, cum torcularis calcatione componitur. Ulti enim torcularius uvas pedibus calcat, ut mustum exprimatur, & in metretam effundatur, sic heros & Victor hostes suos quasi calcat, ut sanguis eorum in terram defluat vestesque heroum com-

ma.

maculet, Et quod maximum est eadem phrasif Jol. III, 13. & Lam. I, 15. a Jeremia adhibetur Judæorum destructionem & Babylonicam captivitatem descripturo. Nec sane frustra iræ & æstus, qui heroem in prælio occupat, mentio facta est, simile enim in forti Duce hostes suos superante observes. Illum quoque diem, quo injuriæ ab hostibus illatæ vindicantur, jure meritoque diem ultionis & liberationis appellabis. Duci etiam laudi majori ducitur, si absque fœderatorum auxiliis, propriis viribus hostes devincat & opprimat, quod de nostro Heroe legimus. Si reliqua denique verba inspexeris iisdem quoque veram victoriam describi cognosces.

§. XXI.

Neque etiam vaticinio eventus defuit; quem tamen non uno prælio cum Idumæis inito concludimus, vaticinia enim non semper uno facto, sed pluribus adimpleri interpretibus notum est. Merito itaque omnia bella, quæ Idumæis post nostri Prophetæ vaticinium exitialia fuerunt, ad ejusdem eventum referuntur. Quo vero tempore & per quem Principem Deus Idumæos destruxerit ex Jeremiæ vaticinio intelligimus. Prædixit ille Cap. XXVII, 3. & 6. 7. quod Deus præter Ammonitas, Moabitas aliasque gentes ibi denominatas etiam Idumæos in manum Nebucadnezaris sit traditurus. Refert autem Joseph Antiquit. L. X. c. II. Nebucadnezarem quinto post excidium Hierosolymitanum anno, cum magnis copiis invalisse Syriam, qua subacta, eundem bellum gessisse contra Ammonitas & Moabitas. Fatemur equidem Nebucadnezaris expeditionem contra Idumæos susceptam neque sacram Scripturam neque Josephum commemorasse, non tamen dubitare fas est, quin eodem contra Moabitas & Ammonitas bello Idumæos quoque subegerit, alias eventus Jeremiæ præfatio non respondisset. Nec negamus ad hujus vaticinii eventum referri posse prælium Judæ
Mac-

Maccabæi, qui in Accrabatena Idumæ regione cum filiis Esau bellum gessit & impetu in munitiones eorum facto loca obtinuit, viginti millia interemit, eorumque spolia cepit I. Macc. V, 1. & 2. X, 16. 17. Joseph. Antiq. XII. c. XI. p. 416. Joseph. Gorion. L. IV. c. XXI. p. 124. Tandem Joannes Hyrcanus Idumæ urbes cepit, subjugatis omnibus Idumæis, dixitque ut circumciderentur, nisi mallent e propriis pelli sedibus, qui patriæ amore circumcisionem admiserunt, ut & reliquam juxta Judaicos ritus vivendi formulam, atque ex eo tempore inter Judæos censerî cœpti sunt. Joseph. Antiq. L. XIII. c. 17.

§. XXII.

Judaicam olim Ecclesiam nostro Salvatore coram nostrum vaticinium de Idumæorum subactione accepisse, testatur Jonathanis Targum, qui alias multa vaticinia, quæ ad Messiam spectant, de eodem feliciter interpretatus est. Audiamus ipsam verborum nostrorum interpretationem: *Quis dixit hæc, qui adducturus est plagam super Idumæam, ultionem fortem super Rosram, ut faciat ultionem judicii populi sui, sicut juravit eis in verbo suo? Dixit: ecce ego appareo, sicut loquutus sum in justitia, multa virtus est coram me ad salvandum. Quare rubescunt montes sanguine occisorum, & valles defluunt quasi vinum in torculari? Ecce sicut calcantur in torculari uvæ, sic multiplicabitur occisorum in castris populorum; & non eis fortitudo coram me, & occidam eos in furore meo, & triturobo eos in ira mea, & conteram fortitudinem robustorum eorum coram me, & omnes sapientes eorum absorbebo. Quia dies ultionis coram me, & annus redemptionis populi mei pervenit.* Simili modo vaticinium hoc explicavit Hugo Cardinalis in Commentario ad h. l. *quia Idumæi, inquit, & Moabitæ de ipsorum Judæorum captivitate latati sunt, ideo hic eorum destructionem prædicit. Unde loquitur Prophetæ in persona Judaici populi, quærentis de Domini potentia, & eam admirantis, sub metaphora Viri bellatoris eade adversariorum maximis. Divi dicitur*

autem

autem hoc capitulum in tres partes principales. In prima parte Idumæorum & Moabitærum destructio prædicitur a Propheta. Idumæorum stragem hic prædici agnoverunt quoque doctissimi Angli in Annot. uti Polus refert in Synops. Edom hic est Idumæa Ela. XI, 14. Bosra autem duplex erat, una in Moab Jer. XLVIII, 24. altera in Idumæa, Gen. XXXVI, 31. 33. Jer. XLIX, 13. 22. Amos. I, 2. Quidam illam Moab intelligunt, quia Edom & Moab conjunguntur 1. Par. XVIII, 11. Sed malim esse hanc Idumæorum metropolin. Sic Edom & Bosra junctim occurrunt in loco huic par allelo Es. XXXIV, 6. Sed queritur, cur illustris hic Heros venire dicitur a clade Idumæorum & non potius Chaldæorum? Resp. horum meminit tanquam vicinorum, ut significet Judæos tranquillos fore, vicinis hostibus subactis: De Idumæa interpretatur quoque Grotius. Idumæi plurimum semper gavisi fuerunt Judæorum malis, Psal. CXXXVII, 7. Ideo multum ad rem pertinebat solatium hoc ex malis, quæ Idumæis per Judæos eventura erant per Prophetam Judæis velut representari. Licet non omnia ejusdem dicta approbemus.

§. XXIII.

Nulla itaque apparet ratio, quæ Clarissimum Kortum movere potuisset, ut nostrum vaticinium cum Mufculo in h. l. de Chaldæorum clade in nova sua versione p. 376. interpretaretur: Ich Jesaias sehe schon jetzt als gegenwärtig die künftige grosse Niederlage der Chaldæer, welche vor dieser mächtigen Erlösung hergehet! Ich sehe den Jehova in seiner Macht daher treten wie einen Held, der aus der Schlacht kömmt, und an dessen Kleidern man noch das Blut der Erschlagenen siehet. Alle Völkler umher sehen mit Erstaunen auf ihn, und fragen: Wer ist der, so sich in so arößer Majestät darstelllet, und die mächtigsten Völkler zu Boden schläget durch seinen Zorn? Er aber antwortet: Ich Jehova bin es, ich der ich wider Babel das Urtheil ausgesprochen, daß sie verstorret, und mein Volk aus ihrer Gewalt errettet werden solle. Partim enim gen-

E tium

tium nomina absque necessitate commutavit nullaque pro-
stat causa, cur Propheta Babelem Idumæ nomine appel-
laret, quam alias frequenter proprio nomine appellare so-
let. Eo autem ipso januam Judæis aperit, ut omnia gen-
tium supplicia in Christianos derivent. Porro & hoc per-
pendendum fuisse, quod Idumæorum infensissimum
Ecclesiæ Dei hostium destructio ad salutem Judæorum
æque pertineat, ac illa Chaldæorum. Denique si in
locis parallelis imprimis Jerem. XXVII. Idumæos inter-
preteris Chaldæos, sequetur, Deum Chaldæam dedisse in
manum Nebucadnezaris, quod impossibile.

§. XXIV.

Sed quia Oeconomia Ecclesiæ N. T. eadem est, quæ Ve-
teris, fataque hanc eadem manent, quæ illam, extra om-
nem dubii aleam positum est, Christum exemplo vel typo
Idumæorum illustri suos fideles docuisse, quod hostes Eccle-
siæ Christianæ, eadem fortitudine destructurus sit, qua
olim Idumæos. Inde etiam est quod quidam interpretes
cum Lyra de Antichristi, alii cum Sasbout, Cornelio a
Lapide, Brentio, Menzero aliisque de hostium Ecclesiæ de-
structione capiant. Hoc enim intimat Johannes in Apo-
calypsi bellum Christi cum Anti-Christo descripturus, cap.
XIX. v. 11. *seqq.* ubi phrasæ ex nostro Propheta desumptas
Christo applicat. *Postea vidi cælum apertum: cum ecce, equus
albus, & qui sedens super eo, vocabatur fidelis & verus, qui in ju-
stitia judicat & pugnat. Oculi autem ejus erant sicut flamma ignis,
ac super capite ejus diadema multa, habens nomen scriptum, quod
nemo scit, nisi ipse. Indutus vero erat vestimento, tincto sanguine:
vocaturque nomen ejus, Verbum Dei. Ceterum exercitus ejus in ca-
lo sequebantur: sum super equis albis, induit i bysino albo & mun-
do. Ex ore vero ejus exit romphaea acuta, ut illa percuciat Gentes, ac
ille pasceat eos virga ferrea: idemque calcet torcular vini furoris &
iræ Dei Omnipotentis. Habet vero super vestimento & super fe-
more suo nomen scriptum Rex Regum, & Dominus Dominorum.*
Ni-

Ni fallimur de eadem, impiorum pernicie loquitur Johannes Apoc. XIV, 19. 20.

§. XXV.

Nunc videamus, quomodo Judæi nostrum vaticinium de Edomi strage in Christianos detorqueant. Audiamus Kimchium ad h. l. differentem: *Hæc prophetia agit de futura Idumæorum devastatione, quemadmodum explicuimus in c. XXXIV. Jes. Assimilavit Deus Benedictus devastatorem forti vindici hostium suorum, cujus vestes rubrae sunt ex sanguine occisorum, ut homines querant, quis est ille? quibus ille respondet, ego sum, qui loquor juste, h. e. quod promisi Israelitis, illud feci, quia sufficiens sum ad salvandum h. e. quia sufficiens est mihi potentia ad salvandum Israel, nam ex devastatis Idumæis nascitur salus Israelitarum, sicut l. c. explicuimus. Maculatus & rubicundus intelligitur ex contextu, Bozra fuit magna Idumæa urbs, quippe etiam Roma sub hoc nomine venit. Si verba hebræa, prout in Bibliis Veneticis Anno 1517. vel 278. impressa sunt, cum iis conferamus, quæ in Buxtorfianis leguntur, multa in his a Judæis prætermissa reperimus. Quando in Buxtorfianis legitur: כבואה זו על העתיד כמו שפירשו prophetia hæc respicit futura, uti interpretati sumus, in illis Veneticis legitur: כבואה זו על חרבן ארם העתיד prophetia hæc de destructione Idumæa futura agit. Deinde post verba in Buxtorf. expressa כלומר רב כח להשיע ישראל h. e. magnum robur ad salvandum Israel, adduntur in Veneticis: כי בחרבן ארם תהיה ישועת ישראל quia per devastationem Idumæorum restituitur salus Israelitarum. Denique post illa Buxtorfiana: בצרה היתה עיר גדולה לארם: Bozra fuit urbs magna in Idumæa, in Venet. adduntur, לפיכך בשם כצרה כנה רומי כנה propterea appellatur Roma nomine Bozra. Quæ Pocokius Not. Miscell. tantum in MSS. & editione Pisarenfi non vero in Bomberg. anni 307. agnovit. Unde colligere est, posteriores Bombergianas & maxime Buxtorfianas editiones censorum obelis magis esse mutilatas quam pri-*

ma Bonbergiana, quæ Anno 1517. vel 278. cum Præfat. Felicis Præterensis prodiit. Addamus Abarbanellem acerrimum Christianorum hostem, qui nostro vaticinio hæc verba adjecit: *Quia Propheta prædixit futuram Judæorum redemptionem ex captivitate, quemadmodum supra dictum, ideo nunc pergit, & indicat, quod antequam ea omnia, quæ dixit, eveniant, Idumæa devastanda sit necessario, hæc vero uti supra monui, est regnum Christianorum, fidem Jeschutenentium, & ad hæc spectat Propheta parabola dicentis, quis est ille &c.* Quam paucis proposuit Abarbanel, sententiam pluribus persequitur Comment. ad Esa. XXXIV. ubi totus in eo est, ut Romanos omnesque Christianos in Idumæos transformet, duabus rationibus prolixè deductis commotus. Prima est Zephonem Idumæum, cujus Joseph. Gorion. L. I. cap. II. p. 10. Edit. Breith. meminit in Regem Romanorum elatum esse, quo factò quam plurimi Idumæorum ad Romanos transferunt. Secunda est Christianos fidem Idumæorum nempe fallacem amplexos esse. Sed non opus esse exstimamus, ut hæc prolixius discutiamus, si enim vaticinia de Idumæis ante Christum natum impleta sunt secundum sensum literalem, cur novos quærimus Idumæos. Si vero sensum mysticum spectes omnibus Ecclesiæ veræ hostibus vaticinia ista omni jure applicabis sive Judæi sive Ismaelitæ sive alii sint, quia certum est, Deum Ecclesiam suam defensurum omnesq; ejus hostes uti Idumæos persequuturum atque destruciturum.

T A N T U M.

CONSPECTUS DISPUTATIONIS.

- §. 1. explicat vocem **מי** quis.
§. 2. agit de situ *Edom & Bozra.*
§. 3. exponit **תִּינְכֵר** tinctus.
§. 4. - - decorus in vestitu suo.
§. 5. - - **צֵלָה** incedens.
§. 6. - - loquens in justitia & magnus ad salvandum
de Christo explicat.
§. 7. agit de rubedine vestimenti, & calcatione torcularis.
§. 8. - de **מֵרֵי** metreta & **רִבְרִי** solus.
§. 9. examinat **Verf. LXX.**
§. 10. explicat, quid sit *calcere in ira.*
§. 11. - - - quid sit **נִצְוֹם** sanguis eorum.
§. 12. diem ultionis & annum Redemptorum de temporali in typo & spirituali Redemptione in antitypo interpretatur.
§. 13. *Salutem attulit brachium,* de victoria temporali in typo & spirituali redemptione in antitypo exponit.
§. 14. dicit, quid sit **בוֹס** conculcare & **שִׁכְר** inebriare.
§. 15. Nexum cum antecedentibus contra Grotium adstruit.
§. 16. docet vaticinium agere necessario de secunda Trinitatis persona.
§. 17. Ex Patribus & Judæis idem probat, & phrasas contra Grotium urget.
§. 18. verba in literali sensu de Idumæis explicat, & sensum mysticum adstruit.
§. 19. & 20. adducit aliorum prophetarum vaticinia de extinguendis Idumæis.

⋈

§. 21.

- §. 21. ostendit Idumæos esse destructos.
 §. 22. Interpretes, qui de frage Idumæorum acceperunt, adducit.
 §. 23. notatur Cl. Kortumius, qui de Chaldæorum frage interpretatus est.
 §. 24. intimat sensum mysticum de frage omnium hostium Ecclesiæ, & lectores ad B. Menzerum & Brentium remittit.
 §. 25. Judæorum explicationes refutat.

B. Dorscheus

Proleg. ad Es.

X. Reg. Prophetæ intuitu bellorum sub Mose, Josua, Davide & ceteris Regibus ceu Christi TYPIS gestorum Messiam sæpe tanquam bellatorem introducunt, & verbis secularis militiæ depingunt, Es. LXIII, 1. seqq.

Idem ibid.

V. Reg. sæpe dubium est, an Prophetæ loquatur de Typo, an de Antitypo. Es. XLV. ubi de Cyro loquitur. Hic duplex est observandum *νεῖημον*: I. Si predicata tam angusta atque ampla sunt, ut excedant capacitatem typh, intelligendus est antitypus: Sic I. e. II. Sensus literalis ad typum accommodetur, quatenus & quousque potest: Sensus mysticus, qui exhaurit vim verborum, subjungatur. Sic docuit Spir. S. in N. T. conf. 2. Sam. VII, 14. 1. Reg. VIII, 20. cum Hebr. I, 5. Habet Regulam Augustin. de Doctr. Christ. L. III. cap. 10. 11. *Secundum hanc Regulam Disputatio est conscripta.*

D. Grap.

D. Grapius

in Disput. VICTOR AB EDOM ad Ef. LXIII.

p. 17.

Notamus in genere de tota Tarnovii hypotbesi, male ab ipso confundi sensum LITERALEM cum MYSTICO. Vult hac omnia LITERALITER intelligere, ut docet, CUM TAMEN TEXTUS TOTUS SIT TYPUS PROPHETICUS ET SIC OMNINO MYSTICUS.



